

Egilbertus cancellarius vice Willigisi archicappellani recognovi.

Signum domni Heinrici regis per Christum invictissimi. (M.)

Data vi. kal. martii<sup>a</sup>), indictione .i., anno vero dominice incarnationis .m. iiii., anno quoque domni Heinrici secundi regis .ii.; actum Magdeburg.

56.

5

*König Heinrich II. stellt das eine Zeit lang aufgehobene Bisthum Merseburg wieder her, stellt ihm alles, was dem Bisthum früher entzogen worden, darunter die Stadt Zwenkau im Gau Chutizi und das Dorf Eythra zurück und eignet ihm außer verschiedenen Ortschaften den Burgward Merseburg zu.*

Wallhausen, 1004 März 4.

*Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Merseburg.*

*Gedr.: von Posern-Klett, Sachsens Münzen im Mittelalter 1,366. Stumpf 1373.*

*Ann.: Vergl. Eml. 46 Ann. 285, 182 Ann. 104, 189 Ann. 144. S. A. 85 Ann. 285, 337 Ann. 104, 352 Ann. 144.*

10

(C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. — — Ideo quendam regii quondam iuris civitatem Zuenkouua . . .<sup>a</sup>) et in regione 15 Schutizi sitam cum suo nominative foresto et reliquis pertinentiis eius ex toto, curtem quoque regiam cum aedificiis infra urbem Merseburg positam et omnia curtalia infra et extra urbem, quę negotiatores possident, insuper et mercatum moneta[m] theloneumque ex integro et, quicquid ibi quondam ad regalem usum pertinere videbatur, in wadiis aut freda solutioneque negotiatoria seu iusticiis legalibus seu ceteris utensilibus, quę publici 20 exactores in regum utilitatem poscere solebant, ecclesiam quoque regii iuris cum cimiterio . . . ns . . .<sup>b</sup>) villa Helpidi prope curtem regalem cum suis pertinentiis, villam etiam nomine Itra cum omnibus appenditiis eius, bannum quoque nostrum supra res ad prefatam<sup>c</sup>) episcopii sedem traditas predicto<sup>c</sup>) antistiti Uuibberto concessimus, hoc sicut et in veteribus ecclesiae scriptis continetur, post cetera regii verbi auctoritate interdicentes, ut nullus comes neque aliquis ex iudiciaria potestate aliquod ius habeat super episcopales res nisi advocatus, quem ipse episcopus sibi pro voto elegerit. Addidimus quoque ex nostro quinque villas has Tanneroda, Bunivua, Pleziga, Zebedesdorf et item Zebedesd[orf]c[u]m<sup>a</sup>) servis et ancillis et quibuslibet<sup>b</sup>) earum pertinentiis, in maiorem quoque<sup>b</sup>) episcopii in antea stabilitatem et reverentiam<sup>c</sup>) partem parochiae Haluerstadensis ab Arnolde venerabili episcopo 30 centum nostri servicii mansis in locis sibi competentibus commutatam et redemptam ideo, quantum illud Merseburgense burgwardium citra Salam flumen protenditur, sancto altari presente apostolico misso Leone videlicet episcopo nostrique regni sanctis patribus ac principibus perpetua retinendi lege transfudimus ultra Salam autem quaqua versum, sicut terminos eius priores humana adhuc recolit vetustas — —

35

:Signum domni Heinrici (M.) regis per Christum invictissimi.:

:Egilbertus cancellarius vice Uuilligisi archicapellani recognovi.: (SJFR.)

Data iiii. non.<sup>d</sup>) mart. indictione<sup>e</sup>), anno incarnationis domini<sup>f</sup>) m. iiii., anno vero domni Heinrici secundi regni .ii.; actum Walahuson.

55. a) vi kl martii.

56. a) Loch. b) Tinte ausgesprungen, doch der Eindruck der Feder ins Pergament noch erkennbar. c) p ist mit pre aufgelöst. c) reverentia. d) NON. MART. e) ind. f) dom.

40